Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



die iudicii accipiendum est apud eum iudicem. qui
potest animam & corpus perdere in gehennam.
quia & alibi dicit propheta ad hierusalem; dedi
commutationem tuam aegyptum a & hiopiam
& sienen prote; Uel ceste potest fortassis & iam
illud aptari. ut qui sibi conscius tanti scanda
li fuerit. ponat animam suam pro anima illi
us quem scandalizauerit. & usque ad mortem de
operam. quomodo redeat quomodo reparetur.
quomodo restituatur ad fidem. Ponat & iam
oculum pro oculo. si oculum lesit animae id est
intellectum eius turbauit. auferatur oculus ip
sius a beo qui ecclesie pre & intellectus eius ille
turbulentus & ferox qui scandalum generat
desecetur; sed & si dentem laesit auditores quos sus
cipiens cibum uerbi uel comminuere uel molaribus terere
solitus erat. ut subtilem ex his aduentrem animae transmit
ter & sensum. si hunc dentem ille uexauit & euulsit.
ut contentione ipsius non possit anima subtiliter & spiri
taliter suscipere uerbum dei. auferatur dens eius qui non
bene scripturarum comminuit & diuidit cibos; For
tassis enim propter hoc & alibi dicitur de domino; dentes
peccatorum contriuisti. dh & alibi. molas leonum
confregit dnus; si ergo per membra dicitur laedi ani

dh & alibi nihil hominus scribitur. qui manducat uuam acertiam obstupiscent
dentes ei;